












# HERACLIDAE PONTICI DE POLITIIS LIBELLVS

Cum interpretatione Latina,

*Edente*

NICOLAO CRAGIO.



APVD

Petrum Santandreanum,

cIↃ IↃ XCIII.


BIBLIOTHECA REGIA
HAFNIENSIS



# VIRTVTE, ERVDITIONE ET GENERE NOBILISSIMO FRIDERICO ROSÆCRANTIO ILL. D. OLIGERI ROSÆCRAN. F.

NIC. CRAGIVS S. D.

PRINCEPS Poëtarum Grecorum, Nobiliſs. Friderice, Vlyſſem ſuum commendans, inter alia vel præcipuè hoc ei laudi dat, quod diuerſorum hominum mores & vidit & vrbes. Præclarè ille quidem & grauiſſimo cum iudicio, vti omnia. Nam reuera ita habet, vti haud paruo cum operepretio ſit, quod Politicus ſciat & intelligat, quomodo gentes ab humanitate cultæ Rempub. geſſerint, quæque in moribus laudabilia habuerint, aut ſequius. Quòd ad virtutem & modeſtiam haud parum: ad iudicium certè in grauiſſimis cauſis politicis permultum facit. Sed non minima tamen Nobiliſs. Friderice, huius prudentiæ pars ex libris mihi petenda videtur, & animi potius in eis peregrinatione, quàm corporis per diuerſa loca

peragratione. Nam tametſi quis in rem præſentem veniat; & vrbes regionéſque coram ob oculos habet: tamen non omnia inſpicere licet, neque item ſciſcitari de ratione omnium ſemper apud exteros tutum & conueniens. Deinde multa ſæpè mutantur, ita ferentibus Rebuſpub. quæ habent inſtabilia mutationum momenta, quarum aliquando cauſę non ſunt oculis expoſitæ, ſed ex longè antegreſſa hiſtoria arceſſendæ. Vt non dicam veteres Reſpub. quæ maximè legum humanitate commendantur, & à ſapientiæ ac iuſtitiæ gloria propius abfuêre, non aliunde quam ex libris notas eſſe poſſe. Nam locorum deſertorum ſitum intueri, & ruinas vaſtas oculis perluſtrare, habent illa quidem aliquam voluptatem, ſed non exſatiant prudentiæ deſiderium, nec magnoperè ad rerum peritiam con ducunt. Quocirca tui ordinis homines Nobiliſſ. Fridcrice, præclarè mihi ſemper ſibi conſulere viſi ſunt, qui obeuntes longinquas peregrinationes, hiſtoricorum & aliorum ſcriptorum, præſertim politicorum lectionem cum iis ſedulo coniunxerunt. Quæ laus ſanè iam multorum incliti Regni Danici Nobilium, qui vtraq; per veſtigia ingreſſi, inſignem hanc ſibi laudem peperêre

perêre. Nec ſcio an alia vlla re illuſtris tua etiam nobilitas, decorari magis à te potuerit, quàm quod hoc ipſo ſtudio præcipuis Europæ Academiis & Rebuſpub.perluſtratis, horum in numero te etiam cenſeri volueris. Quod decus tibi improbo labore, nec ſine periculo partũ, ſi porrò literarum exercitatione augeas & tucaris, ad ſumma omnia in Repub.quę tibi fortuna ſpondet, rectũ aditum tibi patefeciſti. Sit igitur tanto ſibi mi Frider.eruditio ſemper carior,quanto tibi conſtat carius. Ad quam ſi quid hic etiam libellus conferre poteſt, magni mihi id inſtar erit. Meo quidem certè iudicio ſi illum,alterúmque patrueli tuo dicatum, legere paulò accuratius haud aſpernaris, aliqualem inde fructum videris percepturus. Nam tametſi non integras contineant politiarum deſcriptiones,qualis noſtra de Republica Lacedæmoniorum: habent tamen memorabilia quarundam inſtituta, nec in vulgus nota. Quæ quidem talia ſunt,vt qui ea rectè adhibere nouerit, quemadmodum vſus poſtulat, ſæpè in conſiliis,in legibus, in iudiciis, & aliis multis Reipub.commodare poterit. Sed tibi prolixè ea commendare Nobiliſſ.Friderice, non neceſſe arbitror, qui ipſe qualia hæc ſint,

per te ſatis dextrè iudicas.Id ergo te ſaltim rogo, ita iudicium in his adhibeas tuum, vt tam ſereno hoc opuſculum acceptes animo, quàm à tui ſtudioſo profectum eſt. Quod à te impetrans, vti mihi perſuadeo, virtute ita iubente tua, nunquam quoad viuam ſtudio & voluntate tuo honori & commodo ſum defuturus.

Vale feliciter Nobiliſſime Friderice.

ΕΚ ΤΩΝ



---

# ΕΚ ΤΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
## ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ.

# EX HERACLIDE
## DE POLITIIS.

---

ἐκ τῶν

# ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ
## ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX

# NICOLAO DAMASCENO
## DE MORIBVS
GENTIVM.



# ΕΚ ΤΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ

## ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ.

### ΑΘΗΝΑΙΩΝ.



ΑΘΗΝΑΙΟΙ τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐχρῶντο βασιλείᾳ.

Συνοικήσαντος δὲ Ἴωνος αὐτοῖς, τότε πρῶτον Ἴωνες ἐκλήθησαν.

Πανδίων δὲ βασιλεύσας μετ' Ἐρεχθέα, διένειμε τὴν ἀρχὴν τοῖς υἱοῖς.

Καὶ διετέλουν οὗτοι στασιάζοντες.

---

Θησεὺς δὲ ἐκήρυξε καὶ συνεβίβασε τούτους ἐπ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τιμῇ. οὗτος ἐλθὼν εἰς Σκῦρον ἐτελεύτησεν, ὠσθεὶς κατὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους, φοβηθέντος μὴ σφετερίσηται τὴν νῆσον.

Ἀθηναῖοι δὲ ὕστερον περὶ τὰ Μηδικὰ μετεκόμισαν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ.

Ἀπὸ δὲ Κοδριδῶν οὐκέτι βασιλεῖς ᾑροῦντο, διὰ τὸ δοκεῖν τρυφᾶν, καὶ

Locus corruptus: vide Suidam ἱππομένης. μαλακοὺς γεγονέναι. Ἱππομένης δὲ εἷς τῶν Κοδριδῶν βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολὴν, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λειμώνῃ μοιχὸν, ἐκεῖνον μὲν ἀνεῖλεν ὑποζεύξας μετὰ τῆς θυγατρὸς τῷ ἅρματι, τὴν δὲ ἵππῳ συνέκλεισεν ἕως ἀπόληται.

Τοὺς μετὰ Κύλωνος, διὰ τὴν τυραννίδα, ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεᾶς πεφευγότας, οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς δράσαντας ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον.

Σόλων νομοθέτης Ἀθηναίων χρεῶν ἀποκοπὴν ἐποίησε, τὴν σεισάχθειαν λεγομένην. ὡς δὲ ἠνώχλουν αὐτῷ τινες περὶ τῶν νόμων, ἀπεδήμησεν εἰς Αἴγυπτον.

Πεισίστρατος τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν.

Ἵππαρχος ὁ υἱὸς Πεισιστράτου παιδιώδης ἦν καὶ ἐρωτικὸς καὶ φιλόμου-

# EX HERACLIDE DE POLITIIS.

## ATHENIENSIVM.

ATHENIENSES initio quidē regio imperio vſi ſunt. Dicti autem Iones tum primum, quum Ion ipſis cohabitaret.

Pandion verò Rex ab Erechtheo imperij habenas ſuſcipiens, Regnum filiis diſpartitus eſt.

Exortæ deinde inter ipſos (Athenienſes) diſſenſiones.

Itaque Theſeus conuocans eos conciliauit æquato ipſorum inter ſe honore. Poſtea quum is (Theſeus) Scyrum acceſſiſſet, fato functus eſt, præcipitatus de ſaxis quibuſdam à Lycomede, quod timeret ne inſula (ſua) ſpoliaretur.

Cuius oſſa Athenienſes (moniti oraculo) temporibus belli Medici domum reportarunt.

Deinde poſt Codridas (Codri Regis poſteros) Reges amplius nulli creati, quod luxu ij diffluere viderentur, & molles effœminatique euadere. Quam calumniam volens diluere Hippomenes, vnus ex Codridis, filia Limone cum adultero comprehenſa, illum necauit currui iunctum vnà cum filia, illam verò poſtea cum equo incluſit donec moreretur.

Cylonem cum ſociis tyrannidem inuadere conantem, quum irrito conatu ad aram Deæ confugiſſent, qui cum Megacle faciebant interfecerunt. Quod qui patrârant, vt piaculo obnoxij, vrbe pulſi.

Solon Athenienſium legiſlator nouarum tabularum auctor extitit, & ſiſachthian dictam (id eſt æris deciſionem vel remiſſionem) introduxit. Cui quum periculum crearent quidam, propter leges ab ipſo latas, profectus eſt in Ægyptum.

Piſiſtratus triginta annos tyrannidem tenuit, in extrema ſenecta mortuus.

Hipparchus Piſiſtrati F. puerilis erat, ac tum amoribus, tum literis

φιλόμουσος· Θεσσαλὸς δὲ νεώτερος καὶ θρασύς. Τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο, ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας. Καὶ ἄλλοι τε ὠστρακίσθησαν, καὶ Ξάνθιππος καὶ Ἀριστείδης.

Ἐφιάλτης τοῖς ἰδίοις ἀγροῖς ὀπωρίζειν παρεῖχε τοῖς βουλομένοις, ἐξ ὧν πολλοὺς ἐδείπνιζε.

Κλέων παραλαβὼν διέφθειρε τὸ πολίτευμα, καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ μετ' αὐτὸν, οἳ πάντας ἀνομίας ἐνέπλησαν, καὶ ἀνεῖλον οὐκ ἐλάττους χιλίων πεντακοσίων.

Τούτων δὲ καταλυθέντων, Θρασύβουλος καὶ Ῥίνων προειστήκεισαν, ὃς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός.

Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης, καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μή τινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν.

Ὁμοίως δὲ καθιστᾶσι καὶ τοὺς ἕνδεκα, τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἐννέα ἄρχοντες ὧν θεσμοθέται, καὶ οἱ δοκιμασθέντες ὀμνύουσι δικαίως ἄρξειν, καὶ δῶρα μὴ λήψεσθαι, ἢ ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀναθήσειν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ κατὰ τὰς θυσίας διοικεῖ, καὶ τὰ πολέμια.

## ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ.

Τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν τινὲς Λυκούργῳ προσάπτουσι πᾶσαν.

Ὁ δὲ Ἀλκμὰν οἰκέτης ἦν Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν ἠλευθερώθη, καὶ ποιητὴς ἀπέβη.

Λυκοῦργος ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησε.

Καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεοφύλου λαβὼν, πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον.

Κατα-

literis deditus: Thessalus minor natu, audax. Hunc tyrannidem tenentem quum interimere non possent, fratrem eius Hipparchum interfecerunt.

Hippias acerbior vtroque tyrannus extitit, cuius fertur lex esse de ostracismo, lata aduersus tyrannidem affectantes. Ac quum multi alij hac ostracismi lege in exilium acti sint, tum verò Xantippus & Aristides.

Ephialtes permisit ex agris suis fructus decerpere qui vellent, vnde multos aluit.

Cleon quum in magistratu esset, Rempub perdidit, multóq; magis qui eum secuti sunt. Ita enim se erga omnes gesserunt, vt nullum scelerum modum facerent, sustuleruntque non pauciores mille quingentis.

Horum euersa tyrannide, Thrasybulus & Rhinon Reipub. præfuerunt, vterque vir bonus & probus.

Themistocles & Aristides cum Senatu Areopagitico plurimum etiam in Repub. potuerunt, quibus in primis viæ curæ erant (quum vrbs restauraretur) ne quis eas inædificaret, vel cancellos ad eas positos excederet.

Item crearunt (Athenienses) vndecim viros, qui seruarent carcere inclusos.

Sunt & nouem archontes, ex quibus Thesmothetæ (sex) qui simulac probati essent, solemne iuramentum præstare solebant, iustè se in magistratu versaturos, dona non accepturos, nec auream statuam posituros.

Rex autem (qui dicebatur ex nouem Archontibus) quæ ad sacrificia spectant administrabat, & bellica (polemarchi.)

## LACEDÆMONIORVM.

Quidam Lycurgum omnium institutorum Reipublicę Spartanæ auctorem agnoscunt.

Alcman quum verna esset Agesidæ, ac videretur ipsi præclari ingenij esse, manumissus est, tandémque poeta extitit.

Lycurgus in Samo diem obiit.

Is Homeri poemata apud Creophyli posteros nactus, primus in Peloponesum asportauit.

Καταλαβὼν δὲ πολλὴν ἀνομίαν ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τὸν Χάριλλον τυραννικῶς ἄρχοντα, μετέστησε καὶ κοινὸν ἀγαθὸν τὰς ἐκεχειρίας κατέστησε.

Λέγεται δὲ καὶ τὴν κρυπτὴν εἰσηγήσασθαι, καθ᾽ ἣν ἔτι καὶ νῦν ἐξιόντες ἡμέρας κρύπτονται· τὰς δὲ νύκτας μεθ᾽ ὅπλων † κρύπτονται, καὶ ἀναιροῦσι τῶν εἱλώτων ὅσους ἂν ἐπιτήδειον ᾖ.

† l. ἔρχονται

Καθιστᾶσι δὲ καὶ Ἐφόρους, καὶ μέγιστον οὗτοι δύνανται. οὐδενὶ γὰρ ἐπανίστανται πλὴν βασιλεῖ καὶ ἐφόρῳ.

Ὅταν δὲ τελευτήσῃ βασιλεὺς, τρεῖς ἡμέρας οὐδὲν πωλεῖται, καὶ ἀχύροις ἡ ἀγορὰ καταπάσσεται.

Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐτίμησαν. τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμῳδουμένοις ἐκέλευε.

Πωλεῖν δὲ γῆν Λακεδαιμονίοις αἰσχρόν· νενομίσθαι τῆς ἀρχαίας μοίρας νενεμῆσθαι οὐδ᾽ ἔξεστι.

Τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται. οὐδὲ κομᾶν ἔξεστι οὐδὲ χρυσοφορεῖν.

Τρέφουσι δὲ τὰ τέκνα, ὥστε μηδέποτε πληρεσῶ, ἵνα ἐθίζωνται δύνασθαι πεινῆν.

Ἐθίζουσι δὲ αὐτοὺς καὶ κλέπτειν, καὶ τὸν ἁλόντα κολάζουσι πληγαῖς, ἵν᾽ ἐκ τούτου πονεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν δύνωνται ἐν τοῖς πολέμοις.

Μελετῶσι δὲ ἐκ παίδων εὐθὺς βραχυλογεῖν, εἶτα ἐμμελῶς καὶ σκώπτειν καὶ σκώπτεσθαι.

Εὐτελεῖς δὲ ταφαὶ, καὶ ἶσαι πᾶσιν εἰσί.

Πέττει δ᾽ ἐν αὐτοῖς σῖτον οὐδείς. οὐδὲ γὰρ ἄλευρα κομίζουσιν, σιτοῦνται δὲ ἄλφιτα.

Ὅτι τοὺς εἵλωτας κατεδουλώσαντό ποτε Λακεδαιμόνιοι, Θετταλοὶ δὲ τοὺς πενέστας.

Ὅτι ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσενίοις ἐπολέμουν, γυναῖκες ἀπόντων τούτων παῖδάς τινας ἐγέννησαν, οὓς ἐν ὑποψίαις εἶχον οἱ πατέρες, ὡς οὐκ ὄντας αὐτῶν, καὶ παρθενίους ἐκάλουν, οἱ δ᾽ ἠγανάκτουν.

## ΚΡΗΤΩΝ.

Τὴν Κρητικὴν πολιτείαν λέγεται πρῶτος καταστῆσαι Μίνως, πρα-

κτικός

Vt verò intellexit, ſpretis legibus in patria multa iniquè geri, & Charillum per tyrannidem imperio abuti, rediit & inducias magno omnium bono conſtituit.

Idem perhibetur & Cryptam (ſeu Cryptiam quam vocarũt) introduxiſſe, qua recepto etiamnum more exeuntes (iuuenes) interdiu occultantur: Noctu verò cum armis prodeuntes, quotquot oportunè poterunt, ex Helotis interficiunt.

Creant & Ephoros (Lacedæmonij) quibus ſumma in Republica poteſtas. Nulli enim aſſurgũt (Lacedæmonij) præterquam Regi & Ephoro.

Quum Regem mori contingit, triduo nihil venditur, ſed paleis forum conſpergitur.

Lacedæmonij Leſbium cantorem ſeu vatem magnifaciunt. Nam hunc audire quum oraculum conſuluiſſent iuſſi ſunt.

Turpe Lacedæmoniis terram ſuam vendere. Quin & lege ſancitum erat de veteri ſorte, quod nec eam fas ſit (diuidi.)

Fœminis Spartanis ornatus omnis interdictus. Neque licet eis ſe comere vel aurum geſtare.

Pueros ſuos nutriunt citra repletionem, vt aſſueſcant quum opus eſt famem tolerare.

Aſſuefaciunt eos item ad furandum, & deprehenſum flagris cædunt, vt hoc rudimento edocti labores & vigilias bellicas ſuſtinere poſſint.

Quin & ſtudent inde vſque à pueritia breuiter dicere, prætereáque argutè cauillari & excipere cauilla.

Sepulturæ minimè illis ſumtuoſæ, & omnibus æquales.

Triticum inter eos pinſitat nemo. Neque enim farinam conferunt, (ad Syſſitia) ſed hordeo veſcuntur.

Quod Lacedæmonij olim Helotas in ſeruitutem redegerũt, ac Theſſali peneſtas.

Quod Lacedæmoniis bello aduerſus Meſſenios occupatis, vxores eorum liberos genuerunt, quos patres vt adulterinos ſuſpectos habuerunt, ideóque Parthenios vocarunt; quod illi indignè tulerunt.

## CRETENSIVM.

Minos fertur princeps Rempublicam Cretenſem conſtituiſſe.

κτικός τε ἅμα καὶ νομοθέτης σπουδαῖος γενόμενος. ἐποιεῖτο δὲ δι' ἐννάτου ἔτους τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων. Ὅτι δὲ ἀρχαιοτάτη τῶν πολιτειῶν ἡ κρητική, ἐμφαίνει καὶ Ὅμηρος, λέγων τὰς πόλεις αὐτῶν εὖ ναιεταώσας. καὶ Ἀρχίλοχος ἐν οἷς ἐπισκώπτων τινὰ φησίν· † νόμος δὲ κρητικὸς διδάσκεται.

† l. νόμους δὲ Κρητικούς.

Οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται, ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος.

Ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων, καὶ ἐφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσι ἀγελάτην.

Καὶ ἀθροίζει αὐτοὺς ὅπου θέλει, καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει.

Καὶ τὰ πολλὰ κοιμῶνται μετ' ἀλλήλων.

Ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμον πύξ τε καὶ ξύλοις, καὶ ὅταν συμβάλωνται, αὐλοῦσί τινες αὐτοῖς καὶ κιθαρίζουσιν. καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ καρτερίαν ἐθίζονται. γράμματα δὲ μόνον παιδεύονται, καὶ ταῦτα μετρίως.

Ταῖς δὲ πρὸς τοὺς ἄρρενας ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις ἐοίκασι πρῶτοι κεχρῆσθαι, καὶ οὐκ αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς τοῦτο. Ὅταν δὲ κρατήσωσιν ἀπάγουσιν εἰς ὄρος, ἢ τοὺς ἑαυτῶν χώρους, κἀκεῖ διατρίβωνται ἡμέρας ἑξήκοντα (πλείοις γὰρ οὐκ ἔξεστι) καὶ δίδωσιν ὁ φιλήτωρ ἐσθῆτα, καὶ ἄλλα δῶρα, καὶ βοῦν.

Διαιτῶνται δὲ κρῆτες πάντες καθήμενοι θρόνοις. Ἄρχονται δὲ τῶν παρατιθεμένων ἀπὸ τῶν ξένων. μετὰ δὲ τοὺς ξένους τῷ Ἄρχοντι διδόασι τέσσαρας μοίρας· μίαν μὲν τὴν καὶ τοῖς ἄλλοις· δευτέραν δὲ ἀρχικήν· τρίτην δὲ τοῦ οἴκου· τετάρτην δὲ τῶν σκευῶν.

Καθόλου δὲ πολλὴ φιλανθρωπία τοῖς ξένοις ἐστὶν ἐν Κρήτῃ, καὶ εἰς προεδρίαν καλοῦνται.

## ΚΥΡΗΝΑΙΩΝ.

Κυρήνην ᾤκισε Βάττος, ὃς ἐκαλεῖτο πρότερον Ἀριστοτέλης.

τῆς

ſe. Erat is non ſolum rebus geſtis clarus, ſed etiam Legiſlator in primis æquus ac bonus. Nouem autem annorum ſpacio erat in corrigendis ſuis legibus occupatus. Quod autem Cretenſium Reſpublica longè ſit antiquiſſima, auctor locuples Homerus, quum ait eorum vrbes benè habitatas ſeu conſtitutas. Et Archilochus quendam cauillans ait: docetur lex Cretenſis, vel inſtituitur legibus Cretenſibus.

Pueri Cretenſium ſimul degunt, vnica veſte ęſtate & hyeme contenti.

Congregantur autem per turmas, ac cuilibet turmarum præeſt magiſtratus, quem Agelaten (ſeu turmæ ducem) dicunt.

Is etiam cogit eos in vnum vbi vult, atque ad venationem educit.

Vt plurimum etiam vnà ſomnum capiunt.

Pugnant inter ſe (pueri) ex Legis inſtituto calcibus & fuſtibus, quumque congrediuntur, ſunt qui ipſis tibias accinunt, & Cytharam pulſant. Atque ad fortitudinem quidem & tolerantiam aſſuefiunt: ſed literas eatenus tantum diſcunt, vt mediocriter attingant.

Videntur autem primò (Cretenſes) vſi cõgreſſibus cum pueris maſculis amoris cauſa, neque in eo eſt apud illos aliquid turpitudinis. Nam ſi quos amare inſtituunt obtinent, abducunt eos in montem, aut in agros ſuos, ibique conuiuantur ad dies ſexaginta, (vlterius enim non licet.) Tum verò amator veſte eum donatum demittit, addens præter alia dona etiam bouem.

Cretenſes omnes thronis (ſeu ſellis) inſidẽtes cibum capiunt. Auſpicantur autem à peregrinis epulas appoſitas diſtribuendo. Poſt eos deinde ad Archontem ſeu principem veniunt, cui quatuor portiones largiuntur: Vnam quam aliis communicet: Alteram quæ ipſius Archontis ſit: Tertiam quam domeſticorum eſſe volunt: Quartam vnde ſupellectilem paret.

Prorſus autem apud Cretenſes magna humanitas peregrinis exhibetur, & ſupremus accubitus iis defertur.

## CYRENENSIVM.

Battus Cyrenes conditor, prius Ariſtotelis nomine appellatus

τῆς δὲ Πυθίας Βάττον αὐτὸν εἰπούσης, ὄνομα τοῦτο ἔσχηκεν. οὗτος ἦλθεν εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς φωνῆς πευσόμενος. ἦν γὰρ ἰσχνόφωνος. τοῦ δὲ θεοῦ κελεύοντος κτίζειν Λιβύην, τὸ μὲν πρῶτον ὁρμήσας ἠδυνάτησε.

Φερετίμη δὲ ἡ μήτηρ Ἀρκεσιλάου ἐβασίλευσε χαλεπὴ, καὶ περίεργος. Πολεμοῦσα γοῦν πρὸς Βαρκαίους, λαβοῦσα δὲ τὴν Βάρκην, τοὺς μὲν ἄνδρας ἀνεσκολόπισε, τῶν δὲ γυναικῶν τοὺς μαστοὺς ἐξέτεμε, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ ζῶσα κατεσάπη.

Βάττος δὲ ἐβασίλευσεν ὁ καλὸς, ἕβδομος ὢν ἀπὸ τοῦ πρώτου.

Ἀρκεσιλάου δὲ βασιλεύοντος λευκὸς κόραξ ἐφάνη, περὶ οὗ λόγιον ἦν χαλεπόν.

Δημοκρατίας δὲ γενομένης Βάττος εἰς Ἑσπερίδας ἐλθὼν ἀπέθανε, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ λαβόντες κατεπόντισαν.

Νόμος δὲ ἦν τοὺς πολυδίκους, καὶ κακοπράγμονας ὑπὸ τῶν Ἐφόρων πράττεσθαι, καὶ ζημιοῦν τούτους, καὶ ἀτίμους ποιεῖν.

## ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ.

Κόρινθος Ἐφύρα πρότερον ἐκαλεῖτο μέχρι Κορίνθου, ἀφ᾽ οὗ τοὔνομα ἔσχεν.

Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Βακχαῖος ὁ τρίτος, χωλὸς καὶ εὐτελὴς τὴν ὄψιν, καλῶς τε ἄρχων καὶ πολιτικῶς. ᾧ θυγατέρες μὲν τρεῖς, υἱοὶ δὲ ἑπτὰ, οἳ τὸ γένος οὕτως ηὔξησαν, ὥστε Βακχιάδας ἀντὶ Ἡρακλειδῶν καλεῖσθαι τοὺς ἀπ᾽ αὐτῶν.

Περίανδρος δὲ πρῶτος μετέστησε τὴν ἀρχὴν δορυφόρους ἔχων, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἐν ἄστει ζῆν.

Ἔτι δὲ δούλων κτῆσιν καὶ τρυφὴν ὅλως περιαιρῶν; μέτριος δὲ ἦν ἐν ἄλλοις, τῷ τε μηδένα τέλος πράττεσθαι, ἀρκεῖσθαι τε τοῖς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων.

Καὶ τῷ μήτε ἄδικος, μήτε ὑβριστικὸς εἶναι, μισοπόνηρος δὲ τὰς προαγωγοὺς πάσας κατεπόντισε.

† l. ἐφίεισαν. Βουλὴν δὲ ἐπ᾽ ἐσχάτων κατέστησεν, οἳ οὐκ † ἐφίεσαν δαπανᾶν πλέον, ἢ κατὰ τὰς προσόδους.

ΗΛΕΙ

tus fuit. Simulatque verò à Pythia Battus appellatus eſt, exinde id nominis retinuit. Venit autem Delphos conſulturus oraculum de voce. Quoniam exilis vocis factus Iubente itaque Deo in Libyam migrare, irrito id conatu initio tentauit.

Pheretima autem Arceſilai mater, & ipſa regnum obtinuit, fœmina admodum auſtera & curioſa. Ea bellum faciens Barcæis, quum (vrbem eorum) Barcen occupaſſet, viros in crucem egit, mulieribus mammas amputauit. Nec multò poſt ipſa putrefacta contabuit.

Beſſus quinetiam Rex ibi fuit, cognomento pulcer, ſeptimus videlicet à primo (Batto.)

Arceſilao autem regnante, candidus apparuit coruus, de quo graue ferebatur oraculum.

Quum ad ſtatum popularem Reſpublica recidiſſet, Beſſus ad Heſperidas profectus ibi oppetiit mortem: cuius caput accipientes in mare demerſerunt.

Lex erat (Cyrenæis) vti multas controuerſias mouentes & malas cauſas agentes, ab Ephoris ad iudicium adducerentur, multáque eis irrogaretur, ac infames fierent.

CORINTHIORVM.

Corinthus prius quidem Ephyra dicebatur vſque ad tempora Corinthi (Regis) à quo deinde nomen ſumſit (Corinthi.)

Regnum tenuit & Bacchæus tertius, qui etſi claudus quidem & deformis, tamen iuſtè & moderatè id adminiſtrauit. Ei filiæ tres fuerunt & filij ſeptem, per quos ita ſoboles eius aucta, vt Bacchiadæ dicerentur pro Heraclidis, qui iis ſucceſſerunt.

Periander primus Rempublicam immutauit, ſatellitium ſibi ſumens, neque vlli in vrbe degere permittens.

Deinde ſeruos adimens, & deliciari prohibens, in reliquis moderatè ſe geſſit, à nemine tributum exigendo, ſed contentus venalium vectigalibus & portoriis.

Quúmque neque iniuſtus, nec violentus eſſet, odio autem habuit flagitia, ac quæ ſe proſtituiſſent omnes mari demergi iuſſit.

Ad extremum Senatum ſibi conſtituit, cui non permiſit plus conſumere, quam penſiones ferrent.

## ΗΛΕΙΩΝ.

Παντολέων ἐβασίλευσεν ἐν τούτοις ὑβριστὴς, καὶ χαλεπός.

Οὗτος πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἐκτεμὼν, ἠνάγκασε καταφαγεῖν τοὺς ὄρχεις.

## ΤΕΝΕΔΙΩΝ.

Τένεδος ἡ νῆσος, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς Λεύκοφρυς ἐκαλεῖτο, χρόνῳ δὲ ὕστερον περὶ τὴν Τρωϊκῶν Τέννης διενεχθεὶς πρὸς τὸν πατέρα, συνῴκισεν αὐτήν.

Λέγεται δὲ καταψευσαμένης αὐτοῦ τῆς μητριᾶς, καταμαρτυρήσαντος αὐλητοῦ τινος βιάζεσθαι ταύτην, εἰς λάρνακα ἐμβληθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κύκνου, καὶ εἰς θάλασσαν ῥιφεὶς, διασωθῆναι πρὸς τὴν νῆσον. διὰ δὲ τὸ καταψεύσασθαι τὸν αὐλητὴν, διὸ οὐ νόμιμον εἰς τὸ ἱερὸν αὐλητὴν εἰσιέναι.

Ὅτι Ἀμαυρὸς χωλὸς τοὺς πόδας, ἐβασίλευσε ταύτης.

Νόμον δέ τινα φασὶ τὸν βασιλέα Τέννην διαθέσθαι· εἴτις λάβοι μοιχὸν ἀποκτείνειν τοῦτον πελέκει. ἁλόντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ λαβόντος ἐρομένου τὸν βασιλέα τί χρὴ ποιεῖν, ἀποκείνασθαι τῷ νόμῳ χρῆσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο τοῦ νομίσματος αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα πέλεκις κεχάρακται, ἐπὶ θάτερα δὲ ἐξ ἑνὸς αὐχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Καὶ ἐκ τούτου λέγεται ἐπὶ τῶν ἀποτόμων, τὸ ἀποκεκόφθαι Τενεδίῳ πελέκει.

## ΠΑΡΙΩΝ.

Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος, ἐξ Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων.

Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ ὄνομα ἔκτεινε, πρὸς ὃν φασιν εἰπεῖν τὴν Πυθίαν, ἔξιθι νηοῦ. τοῦτον δὲ εἰπεῖν, ἀλλὰ καθαρὸς εἰμι ἄναξ. ἐν χειρῶν γὰρ νόμῳ ἔκτεινα.

## ΚΩΩΝ.

Ἐκαλεῖτο μὲν ὑδροῦσα ἡ νῆσος. λέγονται δὲ οἰκῆσαι νύμφαι πρότερον αὐτὴν φοβήσαντος δ᾽ αὐτὰς λέοντος, εἰς κάρυστον διαβῆναι. διὸ καὶ ἀκρωτήριον τῆς κῶ λέων καλεῖται.

Κέως δ᾽ ἐκ Ναυπάκτου διαβὰς ᾤκισε, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ταύτην ὠνόμασαν.

Ἀρισταῖ-

## ELEORVM.

Pantoleon inter hos (Eleos) regnauit, per contumeliam & proteruiam multa patrans.

Is legatos ad se missos secans & castrans, testiculos suos vorare coegit.

## TENEDIORVM.

Tenedus insula (cycladum vna) initio Leucophrys dicebatur. Postea ante tempora Troiana Tennes, quum pater ei infensus esset, hanc inhabitauit.

Fertur autem nouerca hanc calamitatem ei mendacio machinata, attestante quodam tibicine, quod vim ei intulisset. Itaque is in arcam à patre Cygno iniectus, & in mare proiectus, ad insulam hanc incolumis emersit. Quod autem tibicen falsò de ipso testatus esset, eò factum, vt fas non sit tibicinem templum subire (in Tenedo.)

Regnauit & in Tenedo Amaurus pedibus claudus.

Legem quandam (Tenediis) tulit Tennes, qua licebat adulterum deprehensum securi necare. Quum itaque filius eius esset captus, interrogante Regem qui cœperat, quid ei faciendum, respondebat, lege vtendum. Quapropter & nummo eius ab vna parte securis excusa, ab altera facies viri & mulieris vno collo iuncta. Vnde prouerbium de austeris & rigidis, vt dicantur Tenedia securi secta.

## PARIORVM.

In Paron insulam coloniam deduxit Parus, adducto populo ex Arcadia.

Quidam Corax dictus Archilochum poetam interfecit. Itaq; Pythia ad eum aiebat, exi templo. Cui is respōdit, At purus sum Rex. Eminus enim vt Lex iubet, interfeci (Archilochum.)

## COORVM.

Coorum insula antiquitus appellabatur hydrusa. Nymphæ autem prius dicuntur eam incoluisse, quas quum timeret Leo, in carystum traiecit. Itaque promontorium quoddam in Coo Leon dictum.

Ceus verò quum ex Naupacto huc habitatum transiisset, postea ab eo nomen insulæ indiderunt.

Ἀρισταῖον δέ φασι μαθεῖν παρὰ νυμφῶν τὴν τῶν προβάτων καὶ βοῶν ἐπιστήμην, παρὰ δὲ Βρισῶν τὴν μελιτουργίαν, φθορᾶς οὔσης φυτῶν καὶ ζώων διὰ τὸ πνεῖν ἐτησίας.

Ἀριστείδης ἐπεμελεῖτο γυναικῶν εὐκοσμίας.

Καὶ τὸ παλαιὸν ὕδωρ ἔπινον οἱ παῖδες, καὶ αἱ κόραι μέχρι γάμου.

Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ τοῖς τελευτῶσιν οὐδέν ἐστι, πένθος ἐν ἀνδράσι περὶ ἐσθῆτα, ἢ κουράν. μητρὶ δὲ νέου τελευτήσαντος, ἐνιαυτός.

Οὔσης δὲ ὑγιεινῆς τῆς νήσου, καὶ εὐγήρων τῶν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν γυναικῶν, οὐ περιμένουσι γηραιοὶ τελευτὴν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι, ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι.

## ΣΑΜΙΩΝ.

Σάμον τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐρήμην οὖσαν λέγεται κατέχειν πλῆθος θηρίων μεγάλην φωνὴν ἀφιέντων. ἐκαλοῦντο δὲ τὰ θηρία νηΐδες, ἡ δὲ νῆσος παρθενία, ὕστερον δὲ δρυοῦσα.

Ἐβασίλευσεν αὐτῶν Ἀγκαῖος, ἐφ᾽ οὗ, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, παροιμία ἐῤῥέθη.

Ὅτι ἐν τοῖς Σαμίοις ἐφάνη λευκὴ χελιδὼν οὐκ ἐλάττων πέρδικος.

Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν, ὅτε καὶ ἐλθόντι Πυθαγόρᾳ τὸν δάκτυλον διὰ τῆς ὀπῆς ἔδειξε περιεψιλουμένον.

Αἴσωπος δὲ ὁ λογοποιὸς εὐδοκίμει τότε. ἦν δὲ Θρᾲξ τὸ γένος, ἠλευθερώθη δὲ ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ κωφοῦ. ἐγένετο δὲ πρότερον Ξάνθου δοῦλος.

Τὴν δὲ πολιτείαν τῶν Σαμίων Συλοσῶν ἠρήμωσεν, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία, ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρείη.

Ὅτι θεαγγύης τῶν Σαμίων τις εὐφυὴς μὲν, ἄλλως δὲ ἄσωτος καὶ πονηρὸς, φεύγων τὴν πατρίδα, διατρίβων δὲ Ἀθήναισι παρ᾽ Εὐριπίδῃ,

Aristæum perhibent à musis edoctum scientiam ouium & Boum pascendorum: A Brisis autem mellificij rationem, quum contigisset hîc aliquando magna lues stirpibus & animantibus, propter continuos Etesiarum flatus.

Aristides fœminarum mores diligenti cura ordinauit.

Antiquitus aquam hîc bibebant pueri, itémque puellæ vsque dum nuberent.

In hac insuper insula viris fas non est lugere fato fūnctos, aut vestibus, aut rasura. Matri autem adolescentis mortui, annuus luctus non interdictus.

Quum salubri cœlo fruatur hæc insula, & extremã senectam attingere ibi hominibus detur, præsertim fœminis, non expectant tamen prouectæ ætatis qui sunt, fatum suum, sed illud anteuertunt priusquam vel imbecillitas accedat, vel parte aliqua manci fiant, ita vt hi quidem papauere, illi verò cicuta sibi ipsis vitam eripiant.

SAMIORVM.

Samus initio deserta fuit. Tenuit verò eam permagna bestiarum copia, quæ immanem vocem ediderunt. Dictæ bestiæ Neides. Ipsa autem insula nuncupata Parthenia, ac postea Dryusa.

Hîc Rex fuit Ancæus, cuius fertur scitum illud prouerbio iactatum:

Multa cadunt inter calicem supremáque labra.

In Samiis visa hirundo alba, nihilo perdice minor.

Pherecydes Syrius, à pediculis corrosus in Samo diem obiit, qui Pythagoræ ad se accedenti digitum per foramen exertum ostendit carne vndique nudatum.

Eadem tempestate celebre nomen Æsopi fabulatoris innotuit, qui ex Thracibus genus ducẽs, libertatem ab Idmone muto obtinuit. Fuerat enim prius Xanthi seruus.

Samiorum Rempublicam Sylos on euertit. Vnde natum prouerbium,

Sylosontis causa lata regio.

Contigit aliquando, vt quidam Samius Theogenes nomine, ingenio non infelici, sed vitæ dissolutæ & malus, qui patria profugus Athenas accessit, vbi cum Euripide ita familiariter con-

καὶ τὸ γυναῖον αὐτοῦ διαφθεῖρον συνεργὸν αὐτὸν λαβὼν, πείθει τοὺς Ἀθηναίους δισχιλίους εἰς Σάμον ἀποστεῖλαι. οἱ δὲ ἐλθόντες πάντας ἐξέβαλον.

## ΚΥΜΑΙΩΝ.

Τηλεφάνης ἐβασίλευσε ταύτης, ὃς ἐξεφύτευσε τὴν Κυμαίων χώραν.

Λυδοὶ δὲ χαλεπῶς δεσποζόμενοι πρός τινος, πυθόμενοι ἐν Κύμῃ εἶναί τινα, ἔπεμψαν εἰς βασιλείαν καλοῦντες οὗτος δὲ ἐτύγχανεν ἐν ἁμαξοπηγοῦ δουλεύων. δόντες οὖν οἱ Λυδοὶ λύτρα τούτῳ παρέλαβον αὐτόν. Τῶν δὲ ἐν κύμῃ τις ἐκδεδωκὼς ἅμαξαν αὐτῷ, κατεῖχεν αὐτόν. παρακαλούντων δὲ πολλῶν, μὴ κωλύειν, οὐκ εἴα, προσεπικερτομῶν καὶ λέγων, περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Λυδῶν βασιλέως εἰργασμένην ἔχειν ἅμαξαν.

Ἑρμοδίκην, γυναῖκα τοῦ φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλει διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ τεχνικὴν, καὶ πρώτην νόμισμα κόψαι Κυμαίοις.

Ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς, εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας. διὸ καὶ ὀλίγα ἀπόλλυται· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. Καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν.

Οὐκ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Κῦρος δὲ καταλύσας τὴν πολιτείαν, μοναρχεῖσθαι αὐτῆς ἐποίησεν.

Φείδων ἀνὴρ δόκιμος πλείοσι μετέδωκε τῆς πολιτείας, νόμον θεὶς, ἕκαστον ἐπάναγκες τρέφειν ἵππον.

Προμηθεὺς δέ τις ἀνὴρ δραστήριος καὶ ἱκανὸς εἰπεῖν, χιλίοις παρέδωκε τὴν πολιτείαν.

## ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ.

Διαγόρᾳ εἰς Σπάρτην πορευομένῳ καὶ ἐν Κορίνθῳ τελευτήσαντι, Ἐρετριεῖς εἰκόνα ἔστησαν.

## ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ.

Αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι, καὶ εὔδενδρος, καὶ σῖτον φέρει.

## ΛΕΠΡΕΑΤΩΝ.

Λεπρεεῖς οὓς ἂν λάβωσι μοιχοὺς περιάγουσι τρεῖς ἡμέρας τὴν

πόλιν

uersatus, vt tandem vxorem eius corrumperet. Hūc adiutorem sibi nactus, persuadet Atheniensibus vt mitterent eò bis mille milites. Quos illi adducentes omnes expulerunt.

CVMÆORVM.

In hac Republica primus regnauit Telephanes, qui & regionem Cumæorum plantis & stirpibus reddidit excultam.

Lydi autem quum graui cuiusdam dominatu affligerentur, moniti ab oraculo Cumis esse qui eos liberaret, miserunt legatos per quos eum ad regnum capessendum vocarent. Is autem in officina cuiusdam fabri plaustrarij seruiebat. Dato igitur fabro pretio pro eius redemptione, receperunt eum. Quidam autem ex Cumæis, qui currum faciēdum locauerat, detinuit eum. Quem tametsi multi rogarunt ne honori eius officeret, non demisit tamen, quin probrum adiecit, dicens; permagni se æstimare, quod ab Rege Lydorum factum currum habere posset.

Hermodice, coniux Midæ Regis Phrygum, non solùm fertur forma fuisse venustissima, sed & sapientia industriáq; pręstitisse, adeóq; auctor primum Cumæis monetæ cudendæ extitisse.

Moris erat apud eos, vt vicini omnes cōferrent ad resarciendum quæ furto ablata. Quapropter pauca furto amittebantur, quod vniuersi pariter sua aliorúmq; diligenter custodirēt. Atq; hinc videtur petitum quod apud Hesiodum est;

Bos tuus non facilè perierit, ni vicinum malum habueris.

Cyrus autem quum Rempublicam eorum euertisset, sub monarchia eos degere iussit.

Phidon quidam vir admodum clarus, Rempub. omnibus in medio posuit, lege sancita, vt quilibet necessariò equum aleret.

Prometheus autem quidam vir gnauus & dicendi peritus, mille ciuibus Reipublicæ potestatem tradidit.

ERETRIENSIVM.

Postquam Diagoras Spartam abiisset, & Corinthi mortuus esset, posita est ei ab Eretriensibus statua.

PEPARETHIORVM.

Hæc insula vini admodū ferax, nec non arboribus consita, & frumenti fertilis.

LEPREATARVM.

Lepreatę adulteros comprehensos triduo per vrbem circum-

πόλιν δεδεμένους, καὶ ἀτιμοῦσι διὰ βίου. τὴν δὲ γυναῖκα ἕνδεκα ἐπ' ἀγορᾶς ἄζωστον ἐν χιτῶνι διαφανεῖ ἱστᾶσι, καὶ ἀτιμοῦσι.

## ΛΥΚΙΩΝ.

Λύκιοι διῆγον λῃστεύοντες. νόμοις οὐ χρῶνται ἀλλ' ἔθεσι, καὶ ἐκ παλαιοῦ γυναικοκρατοῦνται.

Πωλοῦσι δὲ τοὺς ψευδομάρτυρας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύουσι.

## ΤΥΡΡΗΝΩΝ.

Οὗτοι τέχνας ἔχουσι πλείστας.

Πάντες δὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ μετὰ τῶν γυναικῶν κατάκεινται, κἂν παρῶσί τινες.

Καὶ τοὺς καταλύοντας ξένους φιλοῦσιν.

Ὅταν δέ τις ὀφείλων χρέος μὴ ἀποδιδῷ, παρακολουθοῦσιν οἱ παῖδες. ἔχοντες κενὸν θυλάκιον εἰς δυσωπίαν.

## ΜΟΛΟΤΤΩΝ.

Μολοττοὶ τῆς Ἀρτέμιδος συλήσαντες τὸ ἱερὸν, καὶ τοῦ ξοάνου χρυσοῦν ἀφελούμενοι στέφανον, θυσίαν ἐπίθεσαν ἀντ' αὐτοῦ. Τῶν δὲ Κεφαλλήνων ἄλλον ἐπιθέντων, τοῦτον ἀπέβαλεν ἡ θεὸς, καὶ χαμαὶ κείμενος εὑρέθη.

Κεφαλλῆνες δὲ ἀπὸ τοῦ κεφάλου ἐκλήθησαν.

## ΦΑΣΙΑΝΩΝ.

Φάσιν ὡς τὸ ἐξαρχῆς ἡνίοχοι κατῴκουν φῦλον ἀνθρωποφάγον, καὶ ἔκδειρον τοὺς ἀνθρώπους· ἔπειτα Μιλήσιοι.

Φιλόξενοι δὲ εἰσὶν, ὥστε τοὺς ναυαγοὺς ἐφοδιάζειν καὶ τρεῖς μνᾶς διδόντας ἀποπλεῖν.

## ΑΜΟΡΓΙΩΝ.

Ἄμοργος οἶνον φέρει πολὺν, καὶ ἔλαιον, καὶ ὀπώραν.

## ΛΕΥΚΑΝΩΝ.

Λευκανοὶ φιλόξενοι καὶ δίκαιοι.

Ἐβασίλευσε δὲ τούτων Λαμίσκος, ὃς εἶχε λύκου τὸν τρίτον δάκτυλον τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ μεγάλου.

## ΣΑΜΟΘΡΑΚΗ.

Ἡ Σαμοθράκη τὸ μὲν ἐξαρχῆς ἐκαλεῖτο Λευκανία, διὰ τὸ λευκὴν εἶναι· ὕστερον δὲ Θρᾳκῶν κατασχόντων, Θρᾳκία.

ducunt vinctos,& per totam vitam infames habent. Mulierem autem adulteram indutam perlucida veste sine cingulo, in foro per vndecim dies statuunt,atque ita ignominia notant.

LYCIORVM.

Lycij vitam sustinuerunt ex latrociniis. Legibus autem non vtuntur,sed consuetudinibus, dominantúrque ipsis fœminæ inde vsque ab initio.

Falsi testimonij conuictos diuendunt,bonáque eorum in publicum redigunt.

TYRRHENORVM.

Hi artes plurimas exercent.

Omnes sub eadem veste cum vxoribus cõcumbunt, quicunque tandem adsint.

Hospites ad se diuertentes quouis officio prosequuntur.

Si quis debito obnoxius soluendo non sit, insequuntur eum pueri vacuum gestantes marsupium in eius contumeliam.

MOLOSSORVM.

Molossi expilato Dianæ fano, quum ex statua eius coronam auream spoliassent,sacrificium pro ea obtulerunt. Cephalenij autem quum aliam coronam imposuissent,reiecit eam Dea,humíque iacens inuenta est.

Cephalenij autẽ à Cephalo (aurorę filio) nomen adepti sunt.

PHASIANORVM.

Phasin initio habitarunt Heniochi, gens immanis cui homines excoriatas vorare in more positum erat:Postea Milesij.

Hospitales autẽ hi sunt adeò,vt naufragis viaticum prębeant, trésque minas abnauigantibus præstent.

AMORGIORVM.

Amorgeis abundè vinum producit,itémq; oleum,& fructus.

LVCANORVM.

Lucani hospitales & iusticiam colentes.

Regnauit apud eos Lamiscus, cui tertius pedis digitus à maximo non dissimilis lupi erat.

SAMOTHRACIA.

Samothracia initio dicta Leucania,eò quòd alba sit. Postea quum Thraces eam occupassent,Thracia.

Hisce

Τούτων δὲ ἐκλιπόντων ὕστερον ἔτεσιν ἑπτακοσίοις, Σάμιοι κατῴκησαν αὐτὴν, ἐκπεσόντες τῆς οἰκίας, καὶ Σαμοθρᾴκην ἐκάλεσαν.

## ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

Οὗτοι δι' ὑπερβολὴν ἀτυχημάτων πολλὰ ἐκακώθησαν, ὅθεν καὶ Ἀρχίλοχός φησι, κλαίω θαλασσῶν οὐ τὰ μαγνήτων κακά.

Ἱππότροφοι δ' εἰσὶν, ὃν τρόπον καὶ οἱ Κολοφώνιοι, πεδιάδα χώραν ἔχοντες.

Φάμις ἄρχων ἦν, καὶ τούτου τοὺς υἱοὺς ὡς ἱεροσύλους συνέλαβον θύοντας. Ὅ φασι καὶ περὶ Αἴσωπον γενέσθαι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ διεφθάρη, φιάλης χρυσῆς φωραθείσης ἐν τοῖς στρώμασιν αὐτοῦ.

## ΑΘΑΜΑΝΩΝ.

Ἐν τῇ Ἀθαμάνων χώρᾳ γεωργοῦσι μὲν αἱ γυναῖκες, νέμουσι δὲ οἱ ἄνδρες.

## ΚΥΘΗΡΙΩΝ.

Κυθήριοι ὄψῳ τυρῷ χρῶνται, καὶ σύκοις. φέρει γὰρ ἡ νῆσος πολλὰ, καὶ μέλι, καὶ οἶνον.

Φιλάργυροι δὲ εἰσι καὶ φιλόπονοι.

## ΡΗΓΙΝΩΝ.

Ῥήγιον ᾤκισαν Χαλκιδεῖς οἱ ἀπ' Εὐρίπου διὰ λιμὸν ἀναστάντες. παρέλαβον δὲ καὶ ἐκ Πελοποννήσου τοὺς Μεσσηνίους τοὺς ἐν μακίστῳ τυχόντας διὰ τὴν ὕβριν τῶν Σπαρτιάδων παρθένων. Καὶ συνῴκισαν πρῶτον περὶ τὸν Ἰοκάστου τάφον, ἑνὸς τῶν Διόλου παίδων, ὅν φασιν ἀποθανεῖν πληγέντα ὑπὸ δράκοντος.

Καὶ χρησμὸν ἔλαβον, ὅπου ἂν ἡ θήλεια τὸ ἄρρεν, καὶ ἰδόντες πρίνῳ περιπεφυκυῖαν ἄμπελον, τοῦτον εἶναι τὸν τόπον συνῆκαν.

Τὸ δὲ χωρίον ἐν ᾧ τὴν πόλιν ᾤκισαν, Ῥήγιον ἐκαλεῖτο ἀπό τινος ἐγχωρίου ἥρωος.

Πολιτείαν δὲ κατεστήσαντο ἀριστοκρατικήν. χίλιοι γὰρ πάντα διοικοῦσιν, αἱρετοὶ ἀπὸ τιμημάτων.

Νόμοις δὲ ἐχρῶντο τοῖς Χαρώνδου τοῦ καταναίου.

Ετυράν-

Hiſce deficientibus poſt annos ſeptingentos, Samii patria extorres eam habitarunt, à quibus Samothracia dicta eſt.

MAGNETVM.

Hi ob incredibilem infortuniorum magnitudinem multis modis afflicti ſunt. Vnde Archilochus ait:

Deploro marium, non magnetum mala.

Quum autem planam & campeſtrem incolant terram, equorum nutriendorũ curæ in primis incumbunt, ſicut Colophonij.

Phamis quidam princeps eorum erat, cuius filios comprehenderunt vt qui ſacrilegium inter ſacrificandum commiſiſſent. Quod & Æſopo contigiſſe memorant. Nam & is tanquam ſacrilegij reus necatus eſt, quum reperta fuiſſet in ſtragulis ipſius aurea phiala.

ATHAMANVM.

In ea regione quam Athamanes habitant, mulieres terram colunt, viri greges paſcunt.

CYTHERIORVM.

Cytherij aſſo caſeo vtuntur & ficubus. Eſt enim inſula admodum fertilis, producens mel & vinum.

Sunt præterea incolæ auari & induſtrij.

RHEGINORVM.

Rhegium cõdiderunt Chalcidenſes, qui ab Euripo fame compulſi migrarunt. Adiunxerunt autem ſibi ex Peloponeſo Meſſenios, in quos Maciſti inciderunt ob violatas virgines Spartanas exulantes. Habitarunt autem ſimul, initio apud Iocaſti ſepulcrum, qui vnus filiorum Dioli erat, quem ferunt à Dracone læſum interiiſſe.

Oraculum autem eis redditum fuerat, vt ibi fœmina virum (complecteretur, ibi vrbem conderent.) Itaq; videntes vitem enatam circa ilicem, hunc locũ ſorte ſibi datum coniecerunt. *Tale aliquid in Græco videtur deeſſe, verſu fortè vno exemto.*

Locus vbi vrbem condiderunt Rhegium dicebatur, ab Heroë quodam indigena ita nuncupatus.

Rempublicam conſtituerunt Ariſtocraticam, electis ex cenſu mille, qui eam adminiſtrarent.

Legibus vſi ſunt, quarum auctorem Charondam Catanæum agnoſcunt.

Tyran-

Ἐτυράννησε δὲ αὐτῶν Ἀναξίλας Μεσσήνιος, καὶ νικήσας Ὀλύμπια ἡμιόνοις, εἱστίασε τοὺς Ἕλληνας. καί τις αὐτὸν ἐπέσκωψεν εἰπών, οὗτος τί ἂν ἐποίει νικήσας ἵπποις.

Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπινίκιον Σιμωνίδης· χαίρετε ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων.

Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι δυναστευτικοὶ παρὰ τοῖς Ῥηγίνοις.

## ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ.

Κορκυραῖοι Διομήδην ἐπεκαλέσαντο, καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς δράκοντα ἀπέκτεινεν. οἷς καὶ συνεμάχησε στόλῳ πολλῷ εἰς Ἰαπυγίαν ἐλθὼν πολεμοῦσαν πρὸς τοὺς Βρεντησίους, καὶ τιμῶν ἔτυχεν.

## ΘΡΑΚΩΝ.

Γαμεῖ ἕκαστος τρεῖς καὶ τέσσαρας, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τριάκοντα; Καὶ ὡς θεραπαίναις χρῶνται. Καὶ ἐκ περιουσίας οἱ γάμοι, καὶ ἐκ περιόδου συνείσιν αὐταῖς, καὶ λούει, καὶ διακονεῖ. Καὶ πλεῖσται μετὰ τὴν χρῆσιν χαμαὶ κοιμῶνται. Κἂν δυσχεραίνῃ τις, οἱ γονεῖς ἀποδόντες ὃ ἔλαβον ἀπεκομίσαντο τὴν θυγατέρα. Τιμὴν γὰρ λαμβάνοντες συνάπτουσιν αὐτάς, καὶ ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρός, ὥσπερ τἄλλα, οὕτω καὶ τὰς γυναῖκας κληρονομοῦσι.

## ΜΙΝΩΩΝ.

Μινώαν τὴν ἐν Σικελίᾳ, Μακάραν ἐκάλουν πρότερον. ἔπειτα Μίνως ἀκούων Δαίδαλον ἐνταῦθα μετὰ στόλου παραγεγονέναι, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Λύκον ποταμὸν τῆς πόλεως, ταύτης ἐκυρίευσε, καὶ νικήσας τοὺς Βαρβάρους, ἀφ' ἑαυτοῦ προσωνόμασεν αὐτήν, νόμοις Κρητικοῖς θεὶς αὐτῇ.

## ΛΟΚΡΩΝ.

Ἐγένετο Λοκρὸς Ξενόκριτος τυφλὸς ἐκ γενετῆς ποιητής, καὶ Ἐράσιππος.

Παρ' αὐτοῖς ὀδύρεσθαι οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῖς τελευτήσασιν, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐκκομίσωσιν εὐωχοῦνται.

Tyrannidem inter eos gessit Anaxilas Messenius, qui quum in certamine Olympico mulabus victor extitisset, Græcos conuiuio excepit. Vnde iocum in eum iactãs quidam dixit: Et quid hic fecisset, si equis vicisset?

Epinicium (seu carmẽ victoriale) cecinit ei Simonides, quod sic incipit:

Saluete velocium equorum filiæ.

Fuerunt autem pręterea & alij apud Rheginos, qui principatum in Republica sibi vendicarunt.

## CORCYRÆORVM.

Corcyræi Diomedis opem implorarũt, qui Draconem apud eos exortum necauit. Illis præterea auxilio venit non exigua classe, appellens in Iapygiam contra Brundusios bellum gerentem, quo nomine honores ei publici decreti.

## THRACVM.

Quilibet Thracum tres quatuórue vxores ducunt ac quidem etiam triginta, quibus tanquam ancillis vtuntur. Sicut autem vxores multæ sunt, ita & ordine quodam quasi per circulum cum iis congrediuntur. Ea quæ marito potitur, lauat ei vestes & ministrat. Plurimæ earum, postquam eis mariti vsi, humi dormire coguntur. Quod si quæ indignè id ferat, poterant parentes refundere pretium numeratũ, ac domum reducere filiam. Pretio enim accepto iungunt eas matrimonio, mortuóque viro, sicut res aliæ, vxores defuncti hæreditate acquiruntur.

## MINOORVM.

Minoam Siciliæ vrbem, prius Macaram (ac si beatam dicas) nuncuparunt. Minos autem, quum intellexisset Dædalum (se fugientem) eò classe appulisse, ascendens per Lycum fluuium, vrbe potitus est. Victis itaque Barbaris ab se vrbi nomen imposuit, legésque Creticas seruare iussit.

## LOCRORVM.

Xenocritus poeta, qui cæcus in lucem ex vtero matris editus est, Locrensis fuit, vt item Erasippus.

Apud eos moris non est lugere mortuos, sed quum efferunt eos læti conuiuium agitant.

Καπηλεῖον οὐκ ἔστι μεταβολικὸν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ὁ γεωργὸς πωλεῖ τα ἴδια.

Εαν ἁλῷ τις κλέπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται. Ζαλεύκου υἱὸς ἑάλω, καὶ τῶν Λοκρῶν αὐτὸν ἀφιέντων, οὐχ ὑμέμεινεν. αὐτοῦ δὲ ἕνα, καὶ τοῦ υἱοῦ ἕνα ἐξεῖλεν.

Πολέμαρχος ἐπιορκήσας τὸν τῶν Κορινθίων ἀπέφυγε στόλον, καὶ μυθολογοῦσι ὅτε καθεύδοι νύκτωρ, τὰς γαλᾶς δάκνειν αὐτὸν, καὶ τέλος διαπορῶυντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν.

## ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ.

Κατῴκισαν δὲ καὶ Κλεωνὰς χαλκιδεῖς οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ ἐξαναστάντες ἐξ Ελυμνίου, ὡς μὲν μυθολογοῦσι, ὑπὸ μυῶν, οἱ τἆτ᾽ ἄλλα κατήσθιον αὐτῶν, καὶ τὸν σίδηρον.

Νόμος δὲ ἦν χαλκιδεῦσι μὴ ἄρξαι, μήδε πρεσβεῦσαι νεώτερον ἐτῶν πεντήκοντα.

## ΚΕΦΑΛΗΝΙΩΝ.

Ἐν κεφαλληνίᾳ Προμνήσου υἱὸς ἐκράτησε καὶ χαλεπὸς ἦν, καὶ ἑορτὰς πλέον δυοῖν οὐκ ἐπέτρεπεν, οὐδ᾽ ἐν πόλει διαιτᾶσθαι πλέον ἢ μερῶν δέκα τοῦ μηνός.

Τάς τε κόρας πρὸ τοῦ γαμίσκεσθαι, αὐτὸς ἐγίνωσκεν. Αντήνωρ δὲ λαβὼν ξιφίδιον καὶ γυναικείαν ἐσθῆτα ἐνδυσάμενος, εἰς τὴν κοίτην ἀπέκτεινε, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐτίμησε, καὶ ἡγεμόνα κατέστησε, καὶ ἡ κόρη ὑπὲρ ἧς αὐτὸς εἰσῄει, ἐπὶ κλέος ἐγένετο.

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐκ Τυρρηνίας Ὅμηρος παραβαλεῖν εἰς Κεφαλληνίαν καὶ Ιθάκην, ὅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγεται διαφθαρῆναι νοσήσας.

## ΡΟΔΩΣ.

Ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν.

Εκαλεῖτο δὲ Οφιοῦσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων.

## ΕΦΕΣΟΣ.

Ἔφεσον κληθῆναι φασιν ἀπὸ μιᾶς τῶν Αμαζόνων. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τὸν

ἡρακλέα

Nuſquam apud eos mercatus ſunt, vbi res commutare licet, ſed quiuis agricola ſua vendit.

Si quis conuictus furti eſſet, effodiebantur ei oculi. Contigit autem vt Zaleuci filius furti reus conuinceretur, cui quum Locrenſes pœnam remitterent, non tulit id pater, ſed ſibi vnum, alterum filio voluit erui oculum.

Polemarchus periurio ſe obſtringens Corinthiorum claſſem euaſit, quem fabulantur idcirco noctu dormitantem à muſtelis corroſum, vt tandem animum deſpondens ſibiipſi manus inferret.

CHALCIDENSIVM.

Chalcidenſes præter alias vrbes, quidam eorum etiam Cleonas in Atho monte condiderunt, videlicet qui Elymnio à muribus, (vt fabula eorum habet) pulſi ſunt, quum non ſolùm alias eorum res, ſed & ferrum corroderent.

Lex autem apud Chalcidenſes erat, ne magiſtratus vel legati munere fungeretur, qui annis quinquaginta minor eſſet.

CEPHALENIORVM.

In Cephalenia filius Promneſi regnauit, homo immitis & aſper, qui ciuibus ſuis non niſi duo conceſſit feſta, neque quot menſibus in vrbe degere, niſi ad dies decem.

Puellas antequam nuptum darentur, ipſe cognouit. Antenor autem quidam ſumto gladio veſtem induit muliebrem, atque ita in lecto eum necauit. Quamobrem id honoris conſecutus, vt principem eum crearent. Quin & puella, cuius ille ſumta veſte ad tyrannum ingreſſus, ſuis honoribus affecta eſt.

Teſtatur etiam Homerus ſe ex Tyrrhenia in Cephaleniam & Ithacam traieciſſe, quum morbo correptus oculos amiſiſſet.

RHODVS.

Rhodon inſulam perhibẽt antiquitus in mari delituiſſe: poſtea arefactam emerſiſſe.

Dicta autem initio Ophiuſa (quaſi ſerpentina) ob multitudinem ſerpentum, qui in ea exorti erant.

EPHESVS.

Epheſum dictam aiunt à nomine cuiuſdam Amazonum. Alij dictam volunt à verbo Εφεῖναι quod ſonat permittere vel concedere,

ἡρακλέα ταῖς ἀμαζόσιν ἐφεῖναι τὰ ἀπὸ Μυκάλης ἕως Πιτάνης.

## ΦΩΚΕΑ.

Φώκεαν οἱ μὲν ἀπὸ φώκου ἡγεμόνος ὠνόμασαν· οἱ δὲ ὅτι φώκην εἰς τὸ ξηρὸν εἶδον ἐκβαίνουσαν.

## ΚΡΟΤΩΝ.

Κρότωνα ἐξ ἀρχῆς Κρότων ᾤκισεν.

## ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.

Ἀκραγαντίνων φάλαρις ἐτυράννησε, παρανομίᾳ πάντας ὑπερβάλλων. Οὐ γὰρ μόνον ἐφόνευε πολλούς, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαις παρανόμοις ἐχρήσατο. Καὶ τοὺς μὲν εἰς λέβητας ζέοντας, τοὺς δὲ εἰς τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἀπέστελλε, τοὺς δὲ καὶ εἰς χαλκοῦν ταῦρον ἐμβαλὼν κατέκαιεν. Ὅνπερ ὁ δῆμος ἐτιμωρήσατο. Ἐνέπρησε δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς φίλους. Μεθ' ὃν Ἀλκμάνης παρέλαβε τὰ πράγματα, καὶ μετὰ τοῦτον Ἄλκανδρος προέστη ἀνὴρ ἐπιεικής, καὶ εὐθένησαν οὕτως ὡς περιπόρφυρα ἔχειν ἱμάτια.

Κεφάλῳ μαντευσαμένῳ περὶ παίδων ὁ θεὸς εἶπεν, ᾧ ἂν ἐντύχῃ πρῶτον συγγενέσθαι. Τὸν δὲ περιτυχεῖν Ἄρκῳ, καὶ πλησιάσαντα γενέσθαι γυναῖκα. ἐξ ἧς Ἀρκείσιον φερωνύμως ὠνομασθῆναι λέγεται.

## ΙΘΑΚΗΣΙΩΝ.

Πορθμεὺς Παρίας ὄνομα ληστὰς διεπόρθμευσε, πρεσβύτην αἰχμάλωτον, καὶ πίτταν, καὶ ὠνεῖται ταῦτα παρὰ τῶν ληστῶν δεηθέντος τοῦ πρεσβύτου. ἦν δὲ ἐν τῇ πίττῃ κεκρυμμένον χρυσίον. Πλουτήσας οὖν θῦσαι λέγεται τῷ πρεσβύτῃ βοῦν. διὸ καὶ εἰς παροιμίαν ἦλθεν· οὐδεὶς πώποτε εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσε, ἀλλ' ἢ Παρίας.

## ΑΦΥΤΑΙΩΝ.

Δικαίως καὶ σωφρόνως βιοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων οὐ θιγγάνουσιν ἀνεῳγμένων τῶν θυρῶν.

Φασὶ δέ ποτε ξένον πριάμενον οἶνον μὴ ἀναλαβεῖν, ἐπείξαντος αὐτὸν τοῦ πλοῦ. καταλιπεῖν δὲ αὐτὸν ἐν τῇ ἀποστάσει οὐδενὶ παραδόντα. ὕστερον δὲ κατ' ἄλλην ἐμπορείαν ἐλθόντα, εὑρεῖν τοῦτον ἄθικτον.

dere, eò quod Hercules Amazonibus hanc regionem à Mycale (promontorio) Pitanen vsque concesserit.

### PHOCEA.

Phoceam sunt qui à Phoco principe nuncupatam sentiunt: sunt item qui à Phoca Marina dictam volunt, quam in siccum egressam viderunt (primi habitatores.)

### CROTON.

Crotonem initio condidit Croton quidam.

### AGRIGENTINORVM.

Phalaris apud Agrigentinos tyrannidem inuasit, qui immanitate omnes superauit. Nam non solum è medio multos sustulit, sed & exquisitis crudelibusque suppliciis vsus est. Quosdam enim in lebetes feruentes, alios in crateras ignis iniecit, alios denique in Taurum æneum inclusos necauit. Tandem verò populo iustas pœnas dedit. Preterea matrem quoque & amicos quosdam cremauit. Post eum Rempublicam administrauit Alcmanes, cui succedens Alcander, insigni æquitate preditus vir, Agrigentinis præfuit. Quo gubernante ita creuerunt ipsorum opes & potentia, vt vestes ferrent purpura vndique prætextas.

Cephalus quum Oraculum de liberorum procreatione consuleret, responsum à Deo retulit, vt in quam primum incidisset, ei se misceret. Itaque quum primum Arco obuiam factus esset, ei congressus, sustulit fœmellam. A cuius nomine ferunt Arcisium dictum. *Aliȷ aiunt ex Procri natum Arcisium Vide an non mendum sit.*

### ITHACORVM.

Portitor quidam nomine Parias latrones transuexit, senemque captiuum, & picem. Hortante autem Sene isto emit Parias à latronibus Picem. Erat enim in pice aurum occultatum. Itaq; eo ditatus sacrificasse fertur Seni bouem. Vnde prouerbiũ natũ: Nemo præter Pariam benefactori suo bouem vnquã imolauit.

### APHYTÆORVM.

Iustè & modestè viuunt Aphytæi, nec attingunt aliena etsi ianua omnium aperta.

Aiunt peregrinum quendam vinum apud ipsos emtum non auexisse, quod nauigatio acceleranda ipsi instaret. Relicto igitur in abitu vino, quum id nemini commendasset, alteris reuersus nundinis reperit illud intactum.

## ΙΑΣΕΩΝ.

Τούτοις οὐκ ἐξῆν ἐν γάμοις πλείους ἑστιᾶν δέκα, καὶ γυναικῶν ἴσων· οὐδὲ γάμον ποιεῖν πλέον ἡμερῶν δύο.

Ἐπεσκόπουν δὲ καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ὅπως παιδεύονται, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀπεδίδοσαν εἴκοσι ἐτῶν γινομένοις.

## ΙΚΑΡΟΣ.

Ἴκαρος ἡ νῆσος Ἰχθυοῦσα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων ἰχθύων· πρὸς ὃν Ἴκαρος παρέβαλεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔχεν.

Ὁ δὲ μῦθος πτεροῖς αὐτὸν ἀπὸ Κρήτης φησὶν ἐλθεῖν. οἱ δὲ ἀποδράντα μετὰ τοῦ πατρὸς ἐπὶ τριήρων, διὰ τὸ δεῖξαι τὴν εἰς Λαβύρινθον εἴσοδον τῷ Θησεῖ.

## ΑΡΓΙΛΟΣ.

Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντος πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν, καὶ Ἄργιλον ὠνόμασαν.

## ΘΕΣΠΙΕΩΝ.

Παρὰ Θεσπιεῦσι αἰσχρὸν ἦν τέχνην μαθεῖν, καὶ περὶ γεωργίαν διατρίβειν. καὶ διὰ τοῦτο πένητες οἱ πλείους ἦσαν, καὶ Θηβαίοις οὖσι φειδωλοῖς πολλὰ ὤφειλον.

## ΤΈΛΟΣ.



IASENSIVM.

Hiſce non licebat ad nuptias inuitare plures quam decem viros, totidémque fœminas: neque nuptiarum ſolemnitatem vltra biduum extrahere.

Aduertebant diligenter, quo orphani honeſtè educarentur, quibus patrimonium in manus tradebant, ſimulatq; vigeſimum ætatis annum attigiſſent.

ICARVS.

Icarus inſula antiquitus Ichthyuſa dicebatur, quod piſces pulcerrimos gigneret. Ad hanc Icarus appulit, vnde ab eo nomen accepit.

In fabulis eſt, alis illum ex Creta huc delatum veniſſe. Alij narrant illum fugientem triremibus cum patre huc acceſſiſſe, eò quòd Theſeo indicaſſet ingreſſum in Labyrinthum.

ARGILVS.

Thraces murem Argilum vocant. Itaq; quod viſo mure, vrbem ex oraculi monitu condidiſſent, Argilum eam dixerunt.

THESPIENSIVM.

Apud Theſpienſes dedecus erat artem diſcere, vel circa agros colendos occupari. Quamobrem plerique eorum egeni erant, & Thebanis parcè degentibus multa debebant.

*FINIS.*

